UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ira fugienda est propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Ira fugienda eſt propter tria.

PRimo, quia deo diſplicet. Quod poteſt oſtendi tribus rationibus. Prima eſt, quia hoſpitium
Eph. 4. Dei turbat. Ephe. 4. Nolite contriſtari ſpiritum, ſilicet Dei, in quo ſignati eſtis, &c.
Greg. Et Gregorius. Dum ira animum pulſat, ſpiritui ſancto ſuam ha-
Auguſ. bitationẽ perturbat. Et P. Auguſtinus. Dum ira quietem mentis tollit, ſpiritus ſanctus ibi non quieſcit. Sicut pax eſt locus Dei, ita ira eſt locus diaboli. Secunda eſt, quia ira imaginem Dei in templo eius diſſipat.
Auguſ. Vnde P. Auguſtinus. Omnis manſuetudo imaginem Dei in nobis ſeruat, ſed ira diſſipat, quę uirtutibus priuat. Et Gregorius. Dum per iram manſue-
Grego. tudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo uitiatur. Tertia eſt, quia aufert dominium ſuum in homine, & facit ibi dominari diabolum. Homo iracundus uult eſſe quaſi Deus, dum uindictam uſurpat ſibi, quoniam Deus ſibi retinuit, ut legitur. Mihi uindi-
Ro. 12. ctam & ego retribuam, dicit domi-
Deu. 32 nus. Et Deut. Mea eſt ultio, & ego retribuam eis in tempore, &c. Secunda, quia ira placet diabolo propter duo. Primo, quia per iram hominẽ cęcat. diabolus nanq; ſimilis eſt coruo qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ueniés ad cadauer primo eruit ei ocu
los. Sic diabolus ueniens ad peccato-
rem, primo eruit per iram oculum in-
tellectus, ut poſtea poſſit eum in fo-
ueam peccati præcipitare ad ſuam uo
luntaté. Vnde dicitur. Impedit ira ani
mum ne poſſit cernere uerum. Homo
enim iratus ita ligatur, ꝙ non timet
facere quodcunq; diabolus præcipit,
& ſuggerit in corde eius. non.n.par-
cit uxori, non filiis, non matri, nec ip-
ſi Deo. Vnde Grego. Per iram ſapien- Greg.
tia perditur, ut quid quo'ue ordine a-
gédũ ſit, omnino neſciat. Tertio, quia
per irá multum lucratur diabolus, nó
ſolũ unum hominem, ſed ét totã uillã,
uel patriam. Vnde homo iratus, eſt ſi-
cut ſerpens ignem ex ore uomens, &
exurés eos, qui ſunt iuxta ſe. Pro. Vir Pro. 15
iracundus ſuſcitat rixas, &c. Quarto,
quia homini multũ nocet. Sed de hac
materia uide in ſequenti capitulo.

Iræ mala ſunt quatuor.

PRimum eſt, quia hominẽ excęcat.
Vnde Iob. Caligauit ab indigna- Iob. 17
tione oculus meus, &c. Pſal. Tur- Pſal. 6.
batus eſt à furore oculus meus. &c.
Et Gregorius. Cum iracundia con-
fuſioni tenebras incutit, huic Deus
radium ſuæ cognitionis abſcondit.